uocati sumus. p destinati secundum ppositum ei. qui omnia opat'
secundum consilium uoluntatis sue. ut simus in laude glorie ei.
qui ante sperauim' in xpo; In quo 7 uos cum audissetis
uerbum ueritatis. euglm salutis uestre. in quo 7 credentes
signati estis spu pmissionis sco. qui e. pign' hereditatis
nre. in redemptione adquisitionis. in laude glorie ipsius;
Propterea 7 ego audiens fidem uram que e. in dno ihu
7 dilectionem in omis scos. non cesso gras agens p uobis
memoriam uri faciens in orationib' meis. ut ds dni nri
ihu xpi pater glorie. det uob spm sapientie 7 reuelatio
nis in agnitione eius. illuminatos oculos cordis uri. ut
sciatis que sit spes uocationis ei. que diuitie glorie he
reditatis eius in scis. 7 que sit sup eminens magnitudo
uirtutis eius in nos qui credidimus. secundum opationem
potentie uirtutis ei. quam opatus e. in xpo. suscitans il
lum a mortuis. 7 constituens ad dexteram suam in celestib'.
sup omem principatum 7 potestatem 7 uirtutem. et domina
tionem. 7 omne nomen qd nominatur. non solum in hoc sclo
s; 7 in futuro. et omnia subiec sub pedib; eius. 7 ipsum de
dit caput sup omem ecclesiam que e. corpus ipsius. ple
nitudo eius. qui omnia in omib; adimpletur; II.
Et uos cum eetis mortui delictis 7 peccatis uris. in
quib' aliquando ambulastis secundum seclm mundi
hui. secundum principem potestatis aeris hui'. sps qui
nunc opatur in filijs diffidentie. in quib; 7 nos omis ali
quando conuersati sumus in desidijs carnis nre. facien
tes uoluntates carnis 7 cogitationum. 7 eram natura fi
lij ire. sicut et ceteri; III.
Ds autem qui diues e. in misericordia. ppt nimiam carita
tem suam qua dilexit nos. cum essem' mortui peccatis.
conuiuificauit nos xpo. cui gra estis saluati 7
con resuscitauit 7 con sedere fecit in celestib; in xpo ihu.
ut ostenderet in seclis sup uenientib; abundantes diui
tias gre sue in bonitate sup nos in xpo ihu; IIII.
Gra enim estis saluati p fidem. 7 hoc non ex uob;
di enim donum e; non ex opib; ut ne quis glorietur;
Ipsi' enim sum' factura creati in xpo ihu. in opibus
bonis que ppauit ds ut in illis ambulem'; Propt' qd
memores estote. quod aliquando uos gentes eratis in
carne. qui dicimini ppucium ab ea que dicit circucisio
in carne manu facta. quia eratis illo in tpr sine xpo. alie
nati a conuersatione isrl. 7 hospites testamtoz pmis
sionis spem non habentes. 7 sine deo in hoc mundo. V.
Nunc autem in xpo ihu uos qui longe eratis ali
quando. facti estis ppe in sanguine xpi; Ipse e.
enim pax nra. qui fecit utraq; unum. medium parie
tem macherie. soluens inimicicias in carne sua. legem
mandatoz decretis euacuans. ut duos conderet in se
met ipsum in unum nouum hominem faciet pacem 7 reconci
liet ambos in uno corpore deo p crucem. interficiens ini

micitiam in semet ipso. 7 ueniens euangelizauit pacem
uob qui longe fuistis. et pacem his qui ppe. qm p ipsum
habemus accessum ambo in uno spu ad patrem; VI.
Ergo iam non estis hospites et aduene. s; estis
ciues scoz 7 domestici dei. sup edificati super
fundamentum aploz 7 pphaz. ipso summo angu
lari lapide xpo ihu. in quo omis edificatio constructa. crescit in
templum scm in dno. in quo 7 uos coedificamini in ha
bitaculum dei in spu sco; VII.
Huius rei gra ego paulus uinctus xpi ihu p uob
gentib'. si tamen audistis dispensationem gre dei. que
data e. m in uob. qm secundum reuelationem notum m
factum e. sacramentum sicut sup scripsi in breui. p ut potestis
legentes intelligere prudentiam meam in misterio xpi. qd
alijs generationib; non e. agnitum filijs hominum. 7 sic nunc
reuelatum e. scis aplis eius 7 pphis. in spu ee gentes cohe
redes 7 concorporales. et con participes pmissionis ei in
xpo ihu p euglm. cuius minister factus sum secundum donum gre
dei. que data e. m secundum opationem uirtutis ei; Michi omnium
scoz minimo data e. gra hec in gentib' euglizare inuesti
gabiles diuitias xpi. 7 illuminare omis que sit dispen
satio sacramenti absconditi a seclis in do qui omnia creauit.
ut innotescat principib; 7 potestatib' in celestib' p ecclesiam
multiformis sapientia dei secundum pfinitionem scloz quam
fecit in xpo ihu dno nro. in quo habem' fiduciam 7 accessum.
in confidentia p fidem eius; VIII.
Propter quod peto. ne deficiatis in tribulatio
nib; meis p uob. que e. gla ura; VIIII.
Huius rei gra flecto genua mea ad patrem dni nri
ihu xpi. ex quo omis paternitas in cel' 7 in tra
nominatur. ut det uob secundum diuitias glorie sue uirtu
te. corroborari p spm eius in interiori homine habi
tare xpm p fidem in cordib; uris. in caritate radicati 7
fundati. ut possitis comphendere cum omib; scis. que sit
longitudo 7 latitudo. et sublimitas et pfundum. Scire
etiam sup eminentem scientie caritatem xpi. ut impleami
ni in omem plenitudinem dei; X.
Ei autem qui potens e. omnia facere sup abundant'
quam petimus aut intelligimus. secundum uirtutem que
opatur in nob. ipsi gla in ecclesia 7 in xpo ihu. in
omis generationes scli scloz am; XI.
Obsecro itaq; uos ego uinctus in dno. ut digne
ambuletis uocatione qua uocati estis. cum omi
humilitate 7 mansuetudine. cum pacientia sub
portantes inuicem in caritate sollicite seruare unitatem
sps in uinculo pacis; Unum corp' 7 unus sps. sicut uocati
estis in una spe uocationis ure; XII.
Unus dns. una fides. unum baptisma; Unus
deus et pater omnium. qui super omis 7 per
omnia. 7 in omnibus nobis; XIII.

S. Paul Ephesians I,11–VI,2   20½ × 14

Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram dona
tionis xpi; Propter quod dicit; Ascendens in altum
captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus; Quod
autem ascendit quid est. nisi quia et descendit primum in in
feriores partes terrae; Qui descendit. ipse est et qui ascendit
super omnes caelos. ut adimpleret omnia; Et ipse dedit quos
dam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios uero euangelistas.
alios autem pastores et doctores. ad consummationem sanctorum
in opus ministerii in aedificationem corporis xpi. donec
occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei. in
uirum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis xpi. ut iam
non simus paruuli fluctuantes et circumferamur omni
uento doctrinae in nequitia hominum. in astutia ad circum
uentionem erroris; Ueritatem autem facientes in carita
te crescamus in illo per omnia qui est caput xps. ex quo
totum corpus compactum et conexum. per omnem iuncturam sub
ministrationis secundum operationem. in mensuram uniuscuiusque membri
augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate;
Hoc igitur dico et testificor in domino. ut iam non xiiii
ambuletis sicut et gentes ambulant in uani
tate sensus sui. tenebris obscuratum habentes intellectum.
alienati a uita dei. per ignorantiam quae est in illis propter caeci
tatem cordis ipsorum. qui desperantes semet ipsos tradiderunt
inpudicitiae. in operationem omnis inmunditiae in auaritiam;
Uos autem non ita didicistis xpm. si tamen xv
illum audistis. et in ipso edocti estis. sicut est ueritas
in ihu; Deponere uos secundum pristinam conuersatio
nem ueterem hominem. qui corrumpitur secundum desideria erroris;
Renouamini autem spiritu mentis uestrae. et induite nouum hominem.
qui secundum deum creatus est. in iustitia et sanctitate ueritatis;
Propter quod deponentes mendacium. loquimini ueritatem unus
quisque cum proximo suo. quoniam sumus inuicem membra; xvi
Irascimini et nolite peccare; Sol non occidat super ira
cundiam uestram; Nolite locum dare diabolo; Qui fura
batur iam non furetur; Magis autem laboret operando
manibus suis quod bonum est. ut habeat unde tribuat ne
cessitatem patienti; xvii
Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. sed si quis
bonus est. ad aedificationem opportunitatis fidei. ut
det gratiam audientibus; Et nolite contristari spiritum
sanctum dei. in quo signati estis in diem redemptionis; Omnis
amaritudo. et ira. et indignatio. et clamor. et blasphemia.
tollatur a uobis cum omni malitia; Estote autem inuicem be
nigni. misericordes. donantes inuicem. sicut et deus in xpo
donauit uobis; xviii
Estote ergo imitatores dei sicut filii karissimi. et ambu
late in dilectione sicut et xps dilexit nos. et
tradidit semet ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo.
in odorem suauitatis; xviiii
Fornicatio autem et omnis inmunditia. aut auaritia.
nec nominetur in uobis sicut decet sanctos. aut turpitudo.
aut stultiloquium. aut scurrilitas quae ad rem non pertinet.
sed magis gratiarum actio; Hoc enim scitote intellegentes. quod
omnis fornicator. aut inmundus. aut auarus. quod est ido
lorum seruitus. non habet hereditatem in regno xpi et dei;
Nemo uos seducat inanibus uerbis; Propter xx
haec enim uenit ira dei in filios diffidentiae; Nolite ergo
effici participes eorum; Eratis enim aliquando tenebrae. nunc autem
lux in domino; Ut filii lucis ambulate; Fructus enim lucis est.
in omni bonitate. et iustitia. et ueritate. probantes quid sit
beneplacitum deo; Et nolite communicare operibus infructuo
sis tenebrarum. magis autem redarguite; Quae enim in oc
culto fiunt ab ipsis. turpe est dicere; Omnia autem quae ar
guuntur. a lumine manifestantur; Omne enim quod manifes
tatur. lumen est; Propter quod dicit; Surge qui dormis et exur
ge a mortuis. et inluminabit tibi xps; xxi
Uidete itaque fratres quomodo caute ambuletis. non quasi
insipientes. sed ut sapientes. redimentes tempus. quoniam
dies mali sunt; Propterea nolite fieri inpruden
tes. sed intellegentes quae sit uoluntas domini; Et nolite in
ebriari uino in quo est luxuria. sed inplemini spiritu. loquen
tes uobis met ipsis in psalmis. et ymnis. et canticis spiritalibus.
cantantes et psallentes in cordibus uestris domino. gratias agentes
semper pro omnibus in nomine domini nostri ihu xpi. deo et patri. sub
iecti inuicem in timore xpi; xxii
Mulieres uiris suis subditae sint sicut domino. quoniam uir
caput est mulieris. sicut xps caput est ecclesiae. ipse
saluator corporis eius; Sed ut ecclesia subiecta est
xpo. ita mulieres uiris suis in omnibus; xxiii
Uiri. diligite uxores uestras. sicut xps dilexit ecclesiam.
et semet ipsum tradidit pro ea. ut illam sanctificaret
mundans eam lauacro aquae in uerbo. ut exhibe
ret sibi gloriosam ecclesiam. non habentem maculam aut rugam.
aut aliquid eiusmodi. sed ut sit sancta et inmaculata; Ita et ui
ri debent diligere uxores suas. ut corpora sua; Qui suam
uxorem diligit. se ipsum diligit; Nemo enim umquam car
nem suam odio habuit. sed nutrit et fouet eam. sicut et xps ec
clesiam. quia membra sumus corporis eius. de carne eius et de ossibus eius;
Propter hoc relinquet homo patrem xxiiii eius
et matrem suam. et adherebit uxori suae. et erunt duo
in carne una; Sacramentum hoc magnum est; Ego
autem dico in xpo et in ecclesia; Uerumtamen et uos singuli. unus
quisque suam uxorem sicut se ipsum diligat. uxor autem
ut timeat uirum suum; xxv
Filii obedite parentibus uestris in domino; Hoc enim est
iustum; Honora patrem tuum et matrem tuam. quod est
mandatum primum in promissione. ut bene sit tibi
et sis longeuus super terram; xxvi
Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros
sed educate illos in disciplina et correptione domini;